Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

In die illa radet dominus in no-
vacula conductia in hys qui trans
flumen sunt in regione assyrorum capi-
et pilos pedum. et barbam omnem
sumet et erit in die illa nutriet
homo vaccam boum et duas oves
et pre vberitate lactis comedet but-
tyrum. Butyrum enim et mel manducabit omnis homo qui relictus
fuerit in medio terre. Et erit in
die illa omnis locus vbi fuerunt
mille vites mille argenteis et in
spinis et in vepribus erunt. Cum
sagittis et arcu ingredient illuc
vepres enim et spine erunt omnis
terra et omnes montes qui
in stercoro fodientur non venient
illuc timor spinarum et vepres
et erit in pascua bovum et in
calcatione pecorum.

Et dixit dominus ad me. Sume
tibi librum grandem et scribe
in eo stilo hominis velocis spolia
deprehende cito prede. Et adhibui
mihi testes fideles Uriam sacerdotem
et Zacharyam filium barachie
Et accessi ad prophetissam et con-
cepit et peperit filium. Et dixit
dominus ad me Vocem nomen eius
accelera spolia deprehende festi-
na prede. Quia antequam sciat
puer vocare patrem suum et matrem
suam auferetur fortitudo damasci
et spolia samarie coram regis assy-
riorum. Et adiecit dominus loqui
ad me ad huc dicens. Pro eo
quod abiecerit populus iste aquas siloe
que vadunt cum silentio et assum-
sit magis rasyn et filium romelie
propter hoc ecce adducet dominus super
eos aquas fluminis fortes et multas
regem assyriorum et omnem
gloriam eius. Et ascendet super
omnes riuos eius et fluet super
omnes ripas eius et ibit per
medium iudam inundans et transiens usque
ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terre tue o emanuel
Congregamini populi et vincimini
et audite vniuerse regiones terre Con-
fortamini et vincimini accingite
vos et vincimini inite consilium et
dissipabitur loquimini verbum et non fiet
quia nobiscum deus. Hec enim
ait dominus ad me cum fortitudine
manus erudiens me ne
ambularem in via huius populi dicens. Ne
dixeritis conspiratio omnem quem
loquitur iste populus iste conspiratio est
Et timorem eius ne timueritis
neque paueritis. Dominum exercituum
ipsum sanctificate et ipse sit timor
vester et ipse timor vester et
erit vobis in sanctificationem in
lapidem autem offensionis et in pe-
tram scandali duabus domibus
israhel in laqueum et in ruinam ha-
bitantibus hierusalem Et offen-
dent ex eis plurimi et cadent
et contenientur et capient laqueum testimonium signa
lege in discipulis meis Et ex-
pectabo dominum qui abscondit faciem
suam a domo iacob et prestolabor
eum Ecce ego et pueri mei quos
dedit mihi dominus in signum et
in portentum israhel a domino exer-
cituum qui habitat in monte sion
Et cum dixerint ad vos querite
aphitonibus et a diuinis qui
stridunt in murmuribus sunt
aliquid nisi populus a deo suo
requirat visionem pro viuis ac